



Universitätsbibliothek Paderborn

Philippi Clvveri[i] Italia Antiqua

Opus post omnium curas elaboratissimum ; tabulis geographicis ære
expressis illustratum ...

Philippi Clvveri[i] Italiae Antiquae. Tomus ...

Clüver, Philipp

Lvgdvni Batavorvm, 1624

Cap. V. De mediterraneis Campaniæ locis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14124

Hoc est:

*Treis autem occidet Tethyis nepteis virginis,
Canora matris cantus exprimentis,
Spontaneis jactibus ex alta specula
In undam Tyrrhenam pennis urinanteis;
Quo lanificum trahet acerbum stamen.*

Sed hi fortasse intellexere Surrentinum promontorium, in quo fuit Sirenum templum; ut superiore capite intellectum. & Plinius disertè lib. II cap. V: *Surrentum, cum promontorio Minerva, Sirenum quondam sede.* Sic scilicet omnes Græcorum fabulae variae sunt atque incertæ. Ceterum nos hactenus omnes Campano litore obiacenteis insulas exposuimus.

C A P. V.

De mediterraneis CAMPANIAE locis.

LItore CAMPANIAE insulisque ei objacentibus summâ curâ hactenus expositi, ordo institutus postulat, ut nunc etiam mediterranea eius dicantur.

Primus igitur post Auruncos seu novum Latium occurrit MASSICUS MONS; vulgo hodiè vocatur à castello, extremo eius apud mare imposito, Monte di Dragone. Est autem id montis jugum, quod Savonis amnis dextram prosequitur ripam. Memoratur Ciceroni, Livio, Plinio, Silio, Statio, Floro. Cicero contra Rullum de Legi agrariâ oratione primâ: *Etenim quantulum interest, utrum in Massici radices, an in Italiam alio deducamini?* Silius lib. IIII:

*Fit socius lethi conjectâ Massicus hastâ,
Vitiferi sacro generatus vertice montis,
Et Liris nutritus aquis.*

30 Livius lib. XXII: *Visque ad aquas Sinuejanas populatio ea pervenit. ingentem cladem, fugam, terroremque longius Numide fecerunt. Mox: Ut verò ad Vulturum flumen castra sunt posita; excubaturque amoenissimus Italiae ager, villaque passim incendiis fumabant; per juga Massici montis Fabio ducente; prope de integro est orta seditio; ac duces seditionis accensi quidam. fuerat enim silentium per paucos dies: quia, quam celerius solito dum agmen fuisset; festinari ad prohibendam populationibus Campaniam, crediderant. ut verò in extrema juga Massici montis ventum est; hostesque sub oculis erant; Falerni agri colonorumque Sinuejæ tecta uentes; nec ulla erat mentio pugnae: Spectatumne hoc, inquit Minnicius, ad rem fruendam oculis, socrorum cœdis & incendia, vénimus?* Martialis lib. III epigram. CXI:

40 *De Sinuejanis venerunt Massica prælis.*

Sinuejæ rudera hodièque conspicu sub marinis undis ad castellum Montis Draconis, suprà cap. x docui. Ceterum nobili vino, quod heic gignebatur, maximè celebraatur Massicus mons. Silium cù de re modò audivimus. Virgilius ῥεωψακτ̄ lib. 11:

Bacchi Massicus humor.

Horatius Carm. lib. I odà 1:

*Est, qui nec veteris pocula Massici,
Nec partem solidò demere de die
Spernit.*

Martialis lib. I epigram. XXVI:

*Teſta ſed antiqui felix ſiccatur Opimi:
Egerit & nigros Massica cella cados.*

Lib. III epigram. XXVI:

Massica ſolus habes, & Opimi Cæcuba ſolus.

Statius Silvar. lib. IIII carm. III:

*Atque echo ſimul hinc & inde fractam
Gauro Massicus uifer remittit.*

Silius lib. VI:

Tom. 2.

Kk

Vitiferis

Vitiferis latè florebat Massicus arvis;
Miratus nemora & fulgentiis Sole racemos.
It montis decus, atque ex illo tempore dives
Tmolus, & ambrosius Arvista pocula succis,
Ac Methymna ferax, Latis cœsere Falernis.

Falernum vinum heic cum Massico pro uno eodemque accepisse videtur. scilicet, quia Falernus ager Massico monti erat conterminus; ut mox infra patebit. Hinc posteriori tempore Massicus etiam FALERNVS MONS adpellatus est. Florus lib. i cap. xvi: *Heic amicti vitibus montes, Gaurus, Falernus, Massicus.* Certè nullus alias ad Falernum agrum est mons, nisi qui Massicus dicebatur. Philargyrus in præscriptum 10 Virgilii locum: *Vinum à montibus Falernis, qui Massici dicuntur.* Martialis lib. xii epigram. L V I I:

Nec in Falerno monte maior autumnus.

FALERNVS
ager.

A Massico igitur monte incipiebat FALERNVS AGER: protendebaturque ad Vulturnum usque flumen. Livius lib. x: *Tum de presidio regionis depopulata ab Samnitibus agitari cœptum.* Itaque placuit, ut dñae coloniae circa Vesuvium & Falernum agrum deducerentur: una, ad ostium Liris fluvii; qua Minturnæ adpellata: altera in saltu Vesuvio, Falernum contingente agrum; ubi Sinope dicitur Græca urbs fuisse; Sinuessa deinde ab colonis Romanis adpellata. Ad extremum Massici montis versus mare excusum fuisse Sinuessam, paulo antè intelleximus. ibidemque ex Livio cognovimus, Massico monte, quo latere Campaniam spectat, subiectum fuisse Falernum agrum. Idem auctor codem lib. xxii postea: *Hac per exploratores relatâ famâ Fabio; quum satis sciret, per easdem angustias, quibus intraverat Hannibal Falernum agrum, redditum; Calliculam montem & Casilinum occupat modicis præsidis.* que urbs Vulturno flumine dirempta, Falernum à Campano agro dividit. Certè non tam urbs, quam ipsum flumen, ad hoc muneric commoda erat. Sed interim tamen urbs in medio Falerni Campanique agri posita erat. quod voluit indicare Livius. Cæterum Plinius non à Massico monte, sed ab vicino amne Savone, qui hodiéque nomen retinet, initium Falerni agri statuit. sic enim ait lib. xiiii cap. vi: ubi de vinis generosis disserit: *Secunda nobilitas Falerno agro erat: & ex eo maximè Faustiani.* Falernus ager à ponto Campano, le- 30 vā potentibus Urbanam coloniam Syllanam, nuper Capua contributam, incipit: Faustianus autem circiter 1111 millaria à vico prope Cedias: qui vicus à Sinuessa vi millia abest. Quidam ita distingvunt: Summis collibus Gauranum gigni; mediis Faustianum; imis Falernum. Ad Savonem amnem fuisse istum Campanum pontem, in viâ consulari, qua à Capuâ ducebat Sinuessam, infra hoc capite ostendetur. Pars igitur Falerni agri fuerit FAUSTIANVS AGER dictus, circa Sinuessam urbem. Columellæ nescio an pars Falerni MASSICVS AGER dicatur. Verba eius Rust. rer. lib. iii cap. viii hæc sunt: *Neque enim dubium est, Massici Surrenitinique & Albani atque Cecubii agri vites omnium, quas terra sustinet, in nobilitate vini principes esse.* Silius lib. vi:

Heic verò intravit postquam uberis arva Falerni
(Dives ea, & numquā tellus mentita colono.)

Addunt frugiferis inimica incendia ramis.

Haud fas, Bacche, tuos tacitu transmittere honores;

Quamquam magna incepta vocant. memorabere sacri

Largitor laticis. gravide cui noctare vites

Nulli dant prælis nomen preferre Falernis.

AMINÆ po-
puli.

Cæterum AMINÆ quidam populi dicuntur quondam habitasse Falernum agrum. Macrobius Saturnalior. lib. ii cap. xvi: *Vavarum ista sunt genera: Aminæ: scilicet à regione.* nam Aminæ fuerunt, ubi nunc Falernum est. asinusca, atrusca, albiverus. Virgilius tamen videtur Aminæam vitem extra Falernum agrum censere Γεωργίαν lib. ii, his verbis:

Purpurea, Preciaque, & quo te carmine dicam
Rhætica? nec cellis idèo contendere Falernis.

Sunt & Aminæa vites, firmissima vina.

STELLATIS
ager, seu cam-
pus.

Porro cludebat à septentrionibus Falernum agrum CALLICVL A MONS; ultra quem statim erat STELLATIS AGER sive CAMPVS. Livius lib. xxii: *Aversusque ab itinere*

itinere Hannibal, per Alifanum, Calatinum & Calenum agrum in campum Stellatem descendit. ubi quum montibus fluminibusque clausam regionem circumspexisset; vocatum ducem percunctatur, ubi terrarum esset. quum is, Casilini eo die mansurum cum, dixisset; tum demum cognitus est error; & Casinum longe inde aliaregione esse. virgisque caso ducce, & ad reliquorum terrorem in crucem sublato, castris communitis, Mahabalem cum equitibus in agrum Falernum predatum dimisit. Usque ad aquas Sinuissanas populatio ea pervenit. ingentem cladem fugam, terroremque latius fecerunt. Ve vero ad Vulturenum flumen castra sunt posita; exurebaturque amanissimus Italiae ager; villaque passim incendiis sumabant; per juga Massicium montis Fabio ducente: prope de integro est orta sedicio. Ali quanto post: Obstinatus tamen Fabius eodem consiliorum tenore, astatis reliquum extraxit: ut Hannibal, destitutus ab spe summâ adpetiti certaminis, jam bibernis locum circumspettaret: quia ea regio praesens erat copia, non perpetua: arbusla vineaque, & consta omnia magis amans, quam necessariis fructibus. Hac per exploratores relatâ famâ Fabio; quum satis sciret, per easdem angustias, quibus intraverat Falernum agrum, redditum; Calliculum montem & Casilinum occupat medicis praesidiis. que urbs Vultureno flumine dimpta, Falernum à Campano agro dividit. ipse jugo iisdem exercitum reducit: missâ exploratum cum cccc equitibus sociorum L. Hostilio Mancino. Ali quanto post: Nec Hannibalem fecellit, suis se artibus peti. itaque quum per Casilinum evadere non posset; petendique montes, & jugum Callicule superandum esset: necubi Romanus inclusum vallis agmen adgredetur; ludibrium oculorum specie terribile ad frustrandum hostes commentus, principio noctis furtim succedere ad monteis statuit. Nempe quum per Casilini pontem Vulturenum transire nequiret, restabat altera illa via per Callicula montis angustias in Stellatem Calenumque agrum; qua viâ venerat. Haud multo post ita pergit Livius: Intercà toto agmine Hannibal traducto per saltum, & quibusdam in ipso saltu hostium oppr̄sis, in agro Alifano posuit castra. Hunc tumultum sensit Fabius. ceterum & insidias esse ratus, & ab nocturno utique abhorrens certamine, suos munimenta tenuit. luce prima sub jugo montis prælium fuit. Mox: Ita haudquaquam pari certamine digressi, Hispani fere omnes incolores, Romani aliquot suis amissis, in castra contendunt. Fabius quoque movit castra, transgressusque saltum, super Alifas loco alto ac munito confedit. Est igitur Calicula mons id jugum, quod ab Masico monte & Savone amne supra opidum Carinola & locum Torre di Francolesē versus Vulturenum flumen tendit. juxta Savonis lavam ripam puto saltum, id est, angustias transisse Hannibalem. Et haud procul fuisse Masico monte hunc saltum, disertè patet ex Livii narratione. Ultra hunc igitur Calliculam montem est ille Stellatis ager; clausus montibus fluminibusque: nempe Vultureno & Savone. inde sequebatur Calenus ager, circa opidum Cales; quod nunc vulgo est Calvi. Ceterum apud Polybium lib. iii, in eâdem historiâ Hannibalicâ mons hic Calicula vocatur primo loco εὐβιανὸς, & mox εὐβιανὸς λόφος, id est, Eribanus, & Eribianus mons. Verba illic, post Campaniæ situs urbiumque compendiosam descriptionem, hæc sunt: οὐδὲ τοις περιστερέσσι ἔχει δοὺς καὶ διεύθελα πλεως εἴναι τη πεδίᾳ. ταῦτα μαρτυράτη, τὸ δὲ τολεῖον ὅρεσι μεράλοις παντὶ τῇ σπειρίσιοι τούτην. δι' ὃν εἰςθολαμένης περιφέρει μόνον την περιστερήν την δύσαται· μία μὲν διὰ τῆς Σαυίπδου, διὰ τῆς διπλῆς Εὐβανοῦ, τὸ δὲ κατέλοιπον διὰ τῶν κατὰ τοῦ Πρίνας πόπων. Hoc est: Accedit ad ea, qua diximus, quod naturā sūa hec loca sunt munita; & in hos campos aditus est difficillimus. cinguntur enim aliquā ex parte mari, ex maiore vero montibus ubique magnis atque continuis; per quos venientibus ē mediterraneis tres dumtaxat vie patent; eaeque angusta & difficiles. una est, qua venitur ē Samnis; altera, ab Eribāno: reliqua, ē regione Hirpinorum. Prima harum est ea, qua à Benevento per Caudinas angustias ad Calatiam & Capuam ducet; altera est, qua ab Ariano opido per Sabati fluyii vallis angustias iūit ad Abellinum opidum & Neapolim. tertia est illa per Eribanum ē Caliculum montem. Pergit igitur paullo post ita Polybius: Αὐτοῖς μὴ οὐ τοις περιστερέσσι λογιστοῖς, καὶ διελθων εἰς τη Σαυίπδου οὐδὲ τη Εὐβιανὸν κατέκεινον λόφον, καπεραλοπέδην τοῦτο τη Αἴγυρον πεζανὸν, δι' ψεδὸν σίχα διαρρέει τη περιστερήν πεδίαν. καὶ τηλε μὲν περιβολεῖς εἰς την Εὐβανοῦ μερὸς εἰχε· ταῦτα δὲ περιστερέσσι πεζοῖς διπλαγέντες επέβαθρον τη πεδίον ἀδεῖον. Et aliquanto post: Φάθος δὲ καὶ κατανοῶν αὐτὸν τηλε θειοβολίων, τη περιστερήν ποιῶντας την ἐπινοοῦν, ἢπερ ἐπινοοῦντας την τηλε εἰσόδον, καὶ θεωρῶν τοῦ ποταμοῦ οὐλας καὶ καθ την περιβολὴν θειοβολίων φυέος περιθεσιν. ἐπ' αὐτοῖς μὲν τη διεκβολῆς πεζοῦ τετραπλίλιας ἐπέστρεψεν· αὐτὸς δὲ τὸ πολὺ μερόν εἶχεν της διωμάτεως. Πετίνα λόφον περιερέθειον πεζοῦ την

εγένεν κατεργατός πέδος. Παρεγγραφέων ἡ τῶν Καρχηδονίων, ηγή ποιησαμένων τὸν παρεμβολέον
τῆς θητείδος, τοῦ αὐτοῦ τῷ παραστάται, τῷ μὴ λεῖα αὐτῶν ἡλπίζειν αἰδηγέτως τοισθεῖν, οἷς ἢ
το πολὺ ἢ τοῖς ὄλοις πέρας Πατρίσιαν Δῆλον τῷ τοπικῷ θεού τον Θεούλεαν. Ήτοι τοισθεῖν, οἷς ἢ
Hannibal; postquam ē Samnto eius montis, quem Eribanum vocant, fauces transisset; propter
amnum Athurnum, qui medios ferē predictos campos fecerat, ab eo latere, quod Romanū spectat,
castra communivit: unde sine periculo campum eum omnem populationibus devastavat. Et
aliquanto pōst: Fabius simul consilium Pæni animadvertis; quod eādem, qua intraverat,
vīa regredi cogitabat; simulque angustias locorum ad insidias factorum animo reputans: 1111
suorum millia arctum illum transitum insidere jussit. ipse cum magna exercitus parte in mon-
te quodam, qui angustissim illis imminebat, confedit. Quum advenissent Pæni, & in equo sub
ipsas montis radices castra posuissent; prædam quidem sine ullo discriminē se aversurum Roma-
nus sperabat: sed, si fortuna magis secunda adspicaret, etiam universo bello in tantā locorum
opportunitate finem impostastrum. Narrat hinc easdem, quas Livius, artis, quibus
per angustias incolument traduxit Hannibal exercitum: tandemque finit in hac
verba: Ανίστεις μὲν οὐαὶ τοιαύτων ἐκ τοῦ φαλέρου ποιησάρητε ζεξόδον, λειτὸν ἥδη ερατοπεδεῖον
αἱ φαλῆς, κατεργάτηρος τηγανοῦρης τοῦ ζεξούσας. Id est: Hannibal hoc modo ex agro Falero-
no egressus, castris in tuto locatis, locum hibernis circumspexit. Ex his igitur clare & ca-
perte perspicitur, eumdem intelligere montem Polybium, quem Livius; nempe Cal-
liculam. At quād immensum discriminē inter nomina? Quum ferē omnia opido-
rum Campaniæ nomina ibidem antē corrupta sint, ac mirificè vitiata; oī Αἴγυρος etiam 20
πόλαις esse debeat Αἴγυρος, ut suprā cap. xi ostensum: ne hanc quidem vocem esse
probam credibile est. Scripsit autem Polybius τὰ Καλικλαῖα, ut Livius habet; an a-
liud quoddam vocabulum huic simile; haud facile dixerim.

CAPUA, urbs
maxima &
pulcherrima,
postea colonia
& munici-
pium.

Sed jam tempus est, urbes Campaniæ uti dicantur. In his nobis prima sit CA-
PVA, Græcis Kam'n, totius quondam Campaniæ μητρόπολις, ut inquit Strabo lib. v.
καὶ φαλὴ τῷ οὐλαὶ κατὰ τὸν επυρητὴν Εὐρόμαχον. id est: gentis caput; & re ipsa existens, quod
nomine eius significatur. τὰ Καλικλαῖα πολιχνίαν ρούσαν αὐτὸν σύγκειται, τὸ δὲ Τεάνη Σιδί-
κλαῖον. hoc est: reliqua enim cum illâ si conferas, opidula videbuntes esse; excepto Teano
Sidicino. Florus lib. i cap. xvi: Vrbes ad mare, Cumæ, Puteoli, Neapolis, Herculanum,
Pompeii: ipsa caput urbium Capua; quondam inter treis maximas, Romanam Carthaginem- 30
que numerata. Verum de eius nominis etymologiā abundeque suprā cap. xi dictum:
ubi de nomine atque origine gentis Campanorum ætum. Livium tamen haud abs
re heic citavero, Is lib. iii: ita scribit: Creati consules sunt C. Sempronius Atratinus,
Q. Fabius Vibulanus. Peregrina res, sed memoriam digna, traditur eo anno facta. Vulturnum,
Etruscorum urbem, qua nunc Capua est, ab Samnitibus captam; Capuamque ab du-
ce eorum Capuam, vel, quod propius vero est, à campestri agro appellatam. Cepere autem;
prius bello fatigatis Etruscis, in societatem urbis agrorumque recepti; deinde festo die gra-
vatos somno epulisque incolas veteres, novi coloni nocturnâ cede adorti. Velleius lib. i:
Quidam, huius temporis traxi, aiunt, à Tusciis Capuam Nolamque conditam; ante annos
ferē 1000. quibus ego adsererim. Ergo Capua xlvi annis antē condita fuit, 40
quād Roma à Romulo. nam Velleius composuit dedicavitque has suas historias
M. Vinicio Quartino; quum is consul esset cum C. Cassio Longino, anno urbis Ro-
mae 1000. Addit Velleius: Sed M. Cato quantum differt! qui dicat, Capuam ab
eisdem Tusciis conditam, ac subinde Nolam. sterisse autem Capuam, antequā à Romanis
caperetur, annis circiter 200. Quod si ita est: quum sint à Capuâ captâ anni ccxl; 50
ut condita est, anni sunt ferē 10. Ego (pace diligentiae Catonis dixerim) vix credi-
derim, tam mature tantam urbem crevisse, floruisse, concidisse, relurrexisse. An-
tiquum illud nomen ab Tusciis inditum haud dubiè fuit ALTVRNVM; ut ipsius flu-
minis præfluentis Vulturni ab initio fuit vocabulum: quod postea Romani for-
marunt Vulturnum; ut suprā cap. xi ostensum. Ceterum opidani à Capuâ non
dicebantur Capuani; qua quidem formatione inferioris ævi scriptores usi sunt; sed
CAMPANI. Innumera huius rei exempla passim apud auctores leguntur; maxi-
mè apud Livium. M. Varro de Latinâ lingvâ lib. viii: Secunda divisio est de his ver-
bis, que declinari possunt: quod alia sunt à voluntate, alia à naturâ. Voluntaria declinatio
refertur ad consuetudinem: naturalis ad rationem. Quare proinde ac simile conferri non
oportet; ac dicere, ut sicut à Româ Romanus: sic ex Capuâ dici oportere Capuanus. quod
in consuetudine vehementer nutat. Iam antiquissimis inde temporibus urbem fuisse
ampli-

amplitudine, pulcritudine, atque opibus florentissimam, ex Livio discimus. is enim lib. vii, in consulatu M. Valerii Corvini III & A. Cornelii Cossi, anno urbis Romæ ccccxi, sic tradit: *Adversoque prælio Campani intra mania compulsi, quum, robore juventutis sue acciso, nulla propinqua spes esset, coacti sunt ab Romanis petere auxilium.* Mox in oratione legatorum: *Campani non urbùs magnitudine, non agri ubertate ulli populo, præterquam vobis cedentes, hanc parva accessio bonis rebus vestris in amicitiam venimus vestram.* Et postea: *Sed cupiditas explenda est. ea ad oppugnandam Capuam rapit.* Aut delere arbem pulcherrimam, ut ipsi possidere cupiunt. Addit postea Livius in eadem historiâ: *Vrbs maxima opulentissimaque Italiae.* Cicero in oratione II ad populum contra Rullum: *Romam in montibus positam & convallibus, canaculis sublatam atque suspensam, non optimis viis, angustissimis semitis, pra sua Capuâ, planissimo in loco explicarâ, præ illis viis ac præ illis semitis suis irridebunt atque contemnent.* Sed magnas illas opes ingens statim sequuta est luxuria atque superbìa. Livius supra dicto lib. vii: *Campani magis nomen ad præsidium sociorum, quam vires, quum attulissent, fluentes luxu ab duratis usu armorum in Sidicino pulsâ agro, in se deinde molem omnem belli verterunt.* Et postea: *Ille præpotens opibus populus, luxurîa superbiâque clarus.* Et aliquanto post: *Campanos haud dubiè magis nimio luxu fluentibus rebus mollitiâque suâ, quam virtute hostium, victos esse.* Et lib. xxiii: *Hannibal Capuam flectit iter, luxuriantem longâ felicitate atque indulgentiâ fortunæ; maximè tamen inter corrupta omnia licentiâ plebis, sine modo libertatem exercentis.* Et postea: *Prona semper civitas in luxuriam; non ingeniorum modo virtus; sed adfluenti copiâ voluptatum, & illecebris omnis amoenitatis maritima terrestriaque: tum verò ita obsequio principum & licentiâ plebis lascivire, ut nec lubidini nec sumptibus modus esset.* Cicero oratione primâ ad populum contra Rullum: *Campani semper superbìa bonitate agrorum & fructuum magnitudine.* Ex hac copiâ atque omnium rerum adfluentia nata sunt, primum illa arrogâ, qua à maioribus nostris alterum Capua consulem postulavit: deinde ea luxuries, quæ ipsum Hannibalem, armis etiam tum invictum, voluptate vicit. Hinc vici duo in urbe maximè infames fuere: quorum alteri vocabulum ALBANA, alteri SEPLASIA. Valer. Maximus lib. viii cap. i: *At Campana luxuria perquam utilis civitati nostræ fuit. invictum enim armis Hannibalem illecebris suis complexa, vindendum Romano militi tribuit.* Illa vigilansimum ducem, illa exercitum acerrimum dampibus largis, abundanti vino, unguentorum fragrantia, Veneris usu lasciviore, ad somnum & delicias evocavit. ac tum demum fracta & contusa Punica feritas est, quum Seplasia & Albana castra esse cœperunt. Festus: *Seplasia, forum Capue, in quo plurimi unguentarii erant. Non erat forum.* Antiquior Festo auctor Alconius Pedianus in orationem Ciceronis contra L. Pisonem: *Dictum est in disputatione legis Agrariae ad populum, plateam esse Capua, que Seplasia adpellatur; in qua unguentarii negotiari sint soliti.* Alter ille vicus Albana videtur ab æde Albâ, quæ fuit in urbe, nomen traxisse. Livius lib. xxxii: *De cælo tacta erant Capue murus & turres & ades que Alba dicitur.* Et lib. xl: *Eadem temprias adem Iovis Tarracinae, adem Albam Capue decussit.* Cicero in dictâ oratione ad populum contra Rullum: *Iam verò qui metus erat tunicatorum illorum, & in Albâ, & Seplasia, que concursatio percurrentium, quid prætor edixisset?* Superbiæ Campanorum haud postremum exemplar est, quod Valer. Maximus refert lib. viii cap. v his verbis: *Insolentia verò inter Carthaginensem & Campanum senatum quasi emulatio fuit.* ille enim separato à plebe balneo lavabatur; hic diverso foro utebatur. quem morem Capuae aliquamdiu retentum, C. quoque G. acchi oratione in Plautum patet. Ceterum quum dicto bello Punico secundo ad Hannibalem deservisset Capua, postea verò à Romanis iterum in potestatem redigeretur acerrimâ obsidione; factum Campanis id, quod Livius refert lib. xxvi his verbis: *Ad lxxx principes senatus interfici: ccc ferme nobiles Campani in carcere conditi: alii, per sutorum Latinis nominis urbis in custodies dati, variis casibus interierunt. multitudo alia civium Campanorum venundata.* De urbe agroque reliqua consultatio fuit: quibusdam delendam censentibus urbem prevalidam, propinquam, inimicam. ceterum præsens utilitas vicit. nam propter agrum, quem omni fertilitate terra satis constabat primum in Italiam esse, urbs servata est; ut esset aliqua aratorum sedes. urbi frequenter multitudo incolarum libertinorumque & insitorum opificumque retenta. ager omnis & tecta publica populi Romani facta. Ceterum habitari tantum tamquam urbem Capuam frequentarique placuit. corpus nullum civitatis nec senatus nec plebis concilium nec magistratus esse. sine consilio publico, sine imperio multitudinem, nullius rei inter se sociam.

ad consensum inhabilem fore. prefectum ad jura reddenda ab Româ quod iannis missuros. Ita ad Capuam res composite; consilio ab omni parte laudabili. severè & celeriter in maximè noxios animadversum. multitudo civium dissipata in nullam spem redditus. non sevitum incendiis ruinisque in tecta innoxia murosque. & cum emolumento quaesita etiam apud socios lenitatis species incolmitate urbis nobilissime opulentissimeque. cuius ruinis omnis Campania, omnes qui Campaniam circa adeoluunt populi, ingemissent. De eadem re copio-
sius agit Cicero in dictâ oratione i ad populum contra Rullum: In id, inquit, opidum homines nefarii rem publicam nostram transferre conantur, quo in opido maiores nostri nullam omnino rem publicam esse voluerunt. Qui treu solum urbis in terris omnibus, Carthaginem, Corinthum, Capuam, statuerant posse imperii gravitatem ac nomen sustinere. 10 Deleta Carthago est: quod cum hominum copis, tum ipsa natura ac loco, succinda portibus, armata muris, excurrere ex Africâ & imminere fructuissimis insulis populi Romani videbatur. Corinthi vestigium vix relictum est. erat enim posita in angustiis atque in fauibus Gracie sic, ut terra claustra locorum tenebat, & duo maria maxime navigationi diversa penè conjugeret; quum pertenuit discrimine separarentur. Has, que procul erant à conspectu imperii, non solum adstinxerunt; sed etiam, ne quando recreare ex surgere atque erigere se possent, funditus, ut dixi, sustulerunt. De Carthaginem multum est & diu consultum. Existant literæ, Quirites, publicæ: sunt senatus consulta complura. Statuerunt homines sapientes; si agrum Campanis ademissent: magistratus, senatum, publicum ex illâ urbe consilium sustulissent; imaginem reipublicæ nullam reliquissent; nihil fore, quod Capuam timeremus. 20 Itaque hoc prescriptum in monumentis veteribus reperiens: Ut esset urbs, que res eas, quibus ager Campanus coleretur, suppeditare posset; ut esset locus comportandis condendisque fructibus; ut aratores, cultu agrorum defessi, urbis domicilis uterentur; idcirco illa adficia non esse deleta. Vide, quantum intervallum sit interjectum inter maiorum nostrorum consilia & inter istorum hominum dementiam. Illi Capuam receptaculum aratorum, nudinas rusticorum, cellam atque horreum Campani agri esse voluerunt. hi, expulsis aratoribus, effusis ac dissipatis fructibus vestris, eamdem Capuam sedem nova reipublicæ constituerunt. Mox: Majores nostri arbitrabantur, Corinthio & Carthagini eram si senatum & magistratum sustulissent, agrumque civibus ademissent, atque [desunt nonnulla] qui ante omnia commutarent, quam nos audire possemus. heic verò in oculis senatus populique 30 Romani nihil posse existere, quod non ante existens atque opprimi posset, quam planè exterrit ac natum esset. Ali quanto post: Itaque illam Campanam arrogantiam atque intolerandam ferociam ratione & consilio maiores nostri ad inertissimum & desidiosissimum otium perduxerunt. sic & crudelitatis infamiam effugerunt; quod urbem ex Italâ pulcherrimam non sustulerunt: & multum in posterum providerunt; quod nervis urbis omnibus exceptis, urbem ipsam solitam ac debilitatem reliquerunt. Voluisse tunc Rullum coloniam deduci Capuam, eadem oratione ante testatur Cicero. At enim, inquit, ager Campanus hac lege dividetur, Orbis terra pulcherrimus: & Capuam colonia deducetur, urbem amplissimam atque ornatissimam. Deductam fuisse, cum ipse, tum alii testantur autores. Ipse in oratione pro P. Sextio: Qua de causa & tum conventus ille Capue huic 40 apud me P. Sextio maximas gratias egit: & hoc tempore iidem homines, nomine mutato, coloni decurionesque beneficium P. Sextii testimonio declarant. Ad Atticum lib. vii, cap. xiiii: At Pompeius Capuam venire voluit, & adjuvare delectum: in quo parum prolixè respondent Campani coloni. C. Iul. Cæsar de Bello civili lib. i: Capua primum fese confirmant & colligunt: delectumque colonorum, qui lege Iuliâ Capuam deducti erant, habere instituunt. Velleius lib. ii: In hoc consulatu [Cæsaris & Bibuli] Cæsar legem tulit, ut ager Campanus plebei divideretur; suofo legi Pompeio. ita circiter xx millia ci-
vium eo deductâ: & jus ab his restitutum post annos circiter c. l. i. i. quā bellū Punico ab Romanis Capua in formam prefecture redacta erat. Idem tradunt Suetonius in Cæsare, cap. xx, Dio lib. xxxviii, & Appianus Civil. bellor. lib. ii. In imperio Neronis au- 50 & tam fuisse novis colonis, auctor est Tacitus Annal. xiii. Capua, inquit, atque Nuceria additis veteranis firmata sunt. At Histor. lib. iii municipium adpellat. Aquibus, inquit, municipia coloniaeque impulse, præcipuo Puteolanorum in Vespasianum studio, contrâ Capua Vitellio sida, municipalem emulationem bellis civilibus miscebant. Verum de origine ac statu conditioneque huius urbis postquam satis disseratum, situs eius etiam indicetur. Est equidem hodiè eo nomine urbs in ipsâ amnis Vulturni ripâ sinistrâ, at veterem illam Capuam duobus amplius milliaribus à novâ istâ verius orientem positam fuisse,

fuisse, prope locum, qui nunc vulgo dicitur *S. Maria di Capua*, & item *S. Maria delle gracie*, ingentes ruinæ portatum, theatri, templorum, columnarum, aliarumque molium, quæ istic visuntur, manifestè testantur. Huc adde antiqua Itineraria, quæ sic habent:

<i>Sinuessa</i>	<i>C. Sinuessa</i>
<i>Ad ponte Campano</i> ...	<i>Ponte Campano</i> IX.
<i>Vrbanis</i> 111.	
<i>Ad nonum</i> III.	<i>Ad Octavum</i> IX.
<i>Caslini</i> VI.	
<i>Capua</i> 111.	<i>Capna</i> VIII.

10

Aconius Pedianus in Ciceronis orationem IIII contra Verrem: *Eminus est Vulturnus Capuâ tria millia passuum*. Valerius Maximus lib. vii cap. vi: *Itaque Campane urbis, que Panicam feritatem delicia suis cupide fovit, in propinquuo situm Casilinum modo rara virtute clarum, perseverantis amicitie pignore impios oculos verbaverat*. Ergo Casilinum in conspectu fuit Capuae. Strabo lib. v: *Τιναχμάτης ἡ τὸ οὖαρη τε ποτία καὶ λαΐνη καὶ ὡνάλεργα μέον δὲ αὐτὴν ἡ λαΐνη, ἡ συμπίθησα τῇ ποτίᾳ καὶ Καζλίνων πόλιν, διέχουσα Καπύντιανον τελευταν*. Id est: *Nobilissime viarum sunt, Appia, Latina, Valeria. media autem earum est Latina; in Appiam incidentis apud Casilinum opidum, quod abest à Capuâ xviii stadia*. Id est, duo millia & ccclxxv passus. Postea: *Καστλίους ἤδη τῷ θεῷ Θεολέσσον τελευταν*. Hoc est: *Situm est Casilinum ad Vulturnum amnum*. Hodie equidem vulgo duo tantum numerant incolæ millaria à novâ Capuâ ad prædictam divam Mariam, at circa celebriores urbeis atque colonias municipiaque minutiora dimensos esse veteres Romanos millia passuum, passim apud auctores innumeris exemplis patet.

CASILINUM igitur opidum fuit, ubi nunc est Capua nova: sed ad utramque ripam. Livius lib. xxii: *Fabius Casilinum occupat modicis praefidiis. que urbs Vulturno flumine dirempta, Falernum à Campano agro dividit*. Et lib. xxiiii: *Casilinum eo tempore quingenti Prænestini habebant. Mox: Interfectis nocte opidanis, partem urbis, que citra Vulturnum est (eo enim dividitur amnis) occupavere*. Huc etiam coloniam à Julio Cæsare fuisse deducat, telantur Cicero & Appianus. Cicero Philippicâ II ita Antonium adloquitur: *Deduxisti coloniam Casilinum, quod Cæsar antea deduxerat*. Et mox: *Tu, insolentia elatus, omni auspiciorum jure turbato, Casilinum coloniam deduxisti, quod erat paucis annis antea deducta*. Ad Atticum, lib. xvi, epist. vi: *Octavianus veteranos, qui Casilini & Calatia sunt, perduxit ad suam sententiam*. Idem tradit Appianus Bellor. Civil. lib. IIII. *Qua clade postea atritum fuerit opidum, nescio. sic quidque Plinius lib. IIII, cap. v: Sunt & morientis Casilini reliquie*. Opidani inde sunt apud Ciceronem Rheticor. lib. II CASILINENSES. at Valerio Maximo, dicto lib.

40 VII, cap. vi, CASILINATES.

At opido Casilino planè extincto, pons tamen heic super Vulturnum mansit: *CASILINVS* ut in publicâ celeberrimâque viâ. ipsi verò amni nomen opidi inditum est *fluminis idem qui Vultur-nus*. Vibius Sequester in Fluminum catalogo: *Casilinum, Campanie: ex quo opidum*. Contrarium erat verum. Agathias lib. I; de Butilino, Francorum rege, loquens: *καὶ πόλιν ἀφισθέρθεις Καμπανιαῖς, σερποπόδεσσιν καὶ πόρρα Καπύντιανον τελευταν*, εἰπει τὰς ἔχεισις Στασιλίνων τολμανούς. οὐ δὲ πέντε χιλιόπορος Στασιλίνων, η ἀντα τὰς ἔνειν τελευτανούς, εἰς τὸ Τυρρηνικὸν Φέρει τελασθαν. Id est: *In Campaniam quum venisset, castra hand procul à Capuâ urbe posuit, ad ripas Casilini fluminis: quod ex Apennino monte profluens, & per campos circumjacenteis flexuose labens, in Etruscum effunditur*. Constantinus Porphyrogenitus in Thematum imperii orientalis lib. II, themate XI: *τὸν δὲ βατελίνον κατεπλέυσεν ὁ Ναρσες τοῦτο τὸ πλανον Καστλίνον*. Id est: *Butelinum debellavit Narses apud flumen Casilinum*. Chronicon Casinense lib. I, cap. XXXIII: *His temporibus quum ob commorantium facinora Capua, que & Sicopolis, ante fermè XV annos in monte Trifiso edificata, sepius igne cremaretur, consilio habitu, Lando comes & Landolus episcopus, cum ceteris propinquis suis, illam apud pontem Casilini, sicut hodie cernitur, condiderunt. Narrantur hæc inter annum Christi 1000 & 1050*. Prædictus Constantinus in libro de Administrando imperio, cap. XXVII:

Tom. 2.

Kk 4

H. 2

Η' ἡ Κάπνα λογότης οὐαλεμένης· καὶ εἰλω ταῦτα Οὐαλίλων, ἥπι τὸ Αἴφελκών· καὶ κατέλυσαν αὐτούς· ἐρημουσάρεται εἰς τοὺς φύγοντας εἰς αὐτὴν λογγισθεῖσαρδοι· καὶ πάλιν τὸ Αἴφελκών ἐπερχομένων καταβαῖνον· καὶ δόμητεν Πλίονον Θεοντό· Λαοδέλφον· κάστρον εἰς τὴν γῆφυραν τὸ τεῖχος, καὶ ἐπονομάζεται οὐτὸν Καπάντιον. Id est: Capua erat urbs ingens, capta vero à Vandilis, sive Africis, destruta est. Atque ita quum deserta jaceret, inhabitarunt eam Longobardi. Mox Africus rursum ingruentibus, Landolus episcopus ad pontem fluminis castrum erexit, quod Capantem appellavit. Omnino credo, corruptum hoc esse vocabulum. quomodo autem ipse scripsit Constantinus, haud facile divinaverim.

Porro PONS ille CAMPANVS, duobus Itinerariis suprà scriptis memoratus, & item Plinio lib. xiiii cap. vi, ex intervallis itineris deprehenditur fuisse in SAVO. 10 ne amne, qui vulgo nunc nomen id retinet. Plinii verba hæc sunt: Falernus ager à ponte Campano, levā potentibus Vrbanam coloniam Syllanam, nuper Capua contributam, incipit. Ergo P. Sylla novum heic ab sinistrâ Savonis ripâ exstruxit opidum, in quod coloniam deduxit, quæ adpellabatur COLONIA VRBANA SYLLANA. Sed ea postea transducta est: Capuam. Locus tamen, sive opidulum, posteriore etiam ævo nomen retinuit AD VRBANAS, tria millia passuum à ponte Campano versus Casilinum distans; ut testatur suprà scripta Tabula itineraria. Cæterum Pons Campanus Horatio quoque memoratur lib. i Satyrâ v:

Proxima Campano ponti que villula, testum
Præbuit, & parochi, que debent, ligna saltemque:
Hinc multi Capua cœtellas tempore ponunt.

AD NONVM,
locus.
TIFATA
mons.

Locus præterea in eodem Tabula itinere AD NONVM dicebatur, scilicet LAPIDEM, ab urbe Capuâ; vi millibus à Casilino. Hierosolymitano itinerario est ad OCTAVVM; jam tum immutatâ milliarium computatione, quia anteâ admôdum exigua erant.

Porro antiquæ Capuæ imminebat montium jugum, quod plurali numero TIFATA dicebatur. Silius lib. xiiii; de Hannibale:

Arduus ipse
Tifata invadit propior, quæ mænibus instat
Collis, & è tumulis subjectam despicit urbem.
Mox ipse Hannibal: Capuâque vidente
Terga dabo? an residens vicini verice montis
Exscindi ante oculos patiar socialia testa?

Et lib. xiiii:

Tifata umbrifero generatum monte Calenum
Nutrirant.

Livius lib. viii: Tifata, imminentibus Capuæ colles, quæ presidio firmo occupassent, descendunt inde quadrato agmine in planitiem, quæ Capuam Tifataque interjacet. ibi rarus acie dimicatum. Et lib. xxiii: Hannibal retro supra Tifata se recepit. Mox: Ad Tifata redit. Et deinde: Quibus ne inceptra procederent, inter Capuam castraque Hannibalis, quæ in Tifatis erant, traducto exercitu, Fabius super Vesuvium in castris Claudianis consedit. Et lib. xxvi: Hannibal, magnâ parte impedimentorum reliquâ in Brutis, in Campaniam contendit. in valle occultâ post Tifata montem, imminentem Capuæ, consedit. Est igitur mons Tifata id jugum, quod, ab Vulturno amne in ortum Solis brumalis tendens, Capuæ ruinis, opidoque Casertæ, & vicis Mataloni, Arienzoque imminet. Meminit eius montis etiam Velleius lib. ii: Crescebat interim, inquit, in dies Sulla exercitus; confluentibus ad eum optimo quâque & sanctissimo. Felici deinde circa Capuam eventu Scipionem Norbanumque consules supererat. Et paullo post: Post victoriâ, quæ descendens montem cum C. Norbano concurrerat, Sulla grates Diana, cuius numini regio illa sacrata est, solvit. Apud Plutarchum in Sylla ita scriptum est: Μήρον δὲ τοῦ τοῦ Αἰγαίου θεοῦ Ηφαίστου ἡμέρας ὁ Φθινοπών δύο τρέχοι μεγάλοι συμφερόμενοι, εἰς τὰν δρῦντος καὶ πάχοντος, ἀ τομβαινούσι μαχεράριοι αὐθαίρως. καὶ μετ' εἰς τολῶν χειρονόντων τῷ πάπω τετταὶ Μαρρῆς τὸν τοῦ Νοεβαῖον τὸν τεττάτον μεγάλας διωάρις επιτεχνήσανταν, οἱ Σύλλας, εἰς τὰξ τοῦ δοτοῦ, εἴτε λοχίους τὸ οἰνέον εργάτωμα, ἢ μηδὲ τοσοῦτον τοῖναις οἱ Φορέτοις διπλαγοποιούμενοι, εἰργίψατο τὸν τελείαν, καὶ κατειλέγοντες εἰς Καπίλιον πλινθοῦνται οὐδὲ οὐδείς. Hoc est: Paullo ante, quæm trahiceret, in Campania circa Hephaestum montem hirci duo interdixi viisi sunt confligere; omniaque facere ac pax,

pati, que viri in pugna solent. Nec multo post, quum Marcius junior & consul Norbanus eo loco exercitus haberent ingenteis; Sylla, non acie instructa, non compatis ordine copis suis, communis ardore alacritatis atque impetu usus audacie militum suorum, profligavit hostes; cessique VII millibus, Norbanum inclusi mænibus Capua. En, diserte Plutarchus ait, in eo ipso loco commissum fuisse inter Syllam & Norbanum prærium, ubi paullo antè duo hirci vīsi erant inter se pugnare. at Velleius dicit, descendentes Tifata montem Syllam cum Norbano concorrisse. quidni igitur corruptum istud, & nusquam alibi lectum, vocabulum mortis apud Plutarchum corrigam in τιφανός, Tifatus mons? Apud Appianum quoque Bellorum civil. lib. in eadē hi-
storiam mendum est; sed in alio vocabulo: cui tamen purgando opportunitissimus heic datur locus. Verba illic haec sunt: Πορτην εδη απφι Κανονι της αιγαίης απες Νωρ-
βανον εγγένεα μάχην και θύσιαν την Νωρβανον εδη εξαυξαλισι, την εδη φι τη Σιδηνον ειδομεναντα.
Id est: Primum præium cum Norbano proconsule conseruerunt ad Cannum. ubi cesa sunt
ex Norbani exercitu VI millia. En, quid monstri? quod alii illi in Campania apud
Tifata & Capuam factum tradunt, hic in Apuliam usque transfert. Eutropius lib.
V: Sylla in Italiam traxit; bellum civile gesturus adversus Norbanum & scipionem con-
sules. & primo prælio contra Norbanum dimicavit, non longe a Capua. tam VII millia
eius cecidit. Florus lib. IIII cap. XXI: Primùm apud Capuam sub amne Vulturno signa
concurrunt: & ibi statim Norbani fūsus exercitus. Ita. Obsequens in libro de Prodi-
giis: L. Scipione C. Norbano consulibus, per Syllana tempora inter Capuam & Vulturnum
ingens signorum sonus armorumque horrendo clamore auditus; ita, ut viderentur due acies
concurrere per plures dies. Audacter igitur jam ex his, apud Appianum corrigo κα-
ρυστον in Καστλίνον, Casilinum.

Ceterum Velleius prædicto loco ita pergit: Post victoriam, qua descendens montem DIANAIS templum,
Tifata cum C. Norbano concurserat, Sulla gracie Diana, cuius numini regio illa sacrata
est, solvit. aquas salubritate in medendis corporibus nobilis, aut perius agros omnes ad-
dixit deo. Huius gracie religionis memoriam inscriptio, templi adfixa posti, ho-
diisque testatur area tabula. In Tabula itineraria supra Capua urbis figuram no-
menque conspicitur mons depictus, ab occasu in orrum porrectus; & supra extre-
mitatem eius orientalem signum templi cum hac inscriptione; Iovis Tifatinus. haud
occidentali extremitate aliud est templi signum, cum hoc titulo: Addiana. & su-
pra utriusque templi inscriptiones scriptum est, Castra aniba. Legendum esse prio-
re loco Iovis Tifatinus; altero, AD DIANAM; postremo seu supremo, CA-
STR A HANNIBALIS; ex haec tenus allatis liquidissime pater. Iovis autem istic dici Iovis TIFAE
nominativo casu, pro Iupiter, supra in Umbria ad Iguvium opidum docui. Locus tem-
pli, inquit, σὺν αἰσθήσῃ γε φίῳ, θεοποδῷ. οὐκ εἴλεφαντός οὐ γῆ τῇ Καμπανῶν καρυλον εὐ-
αρπινοῦ. εὐδίες δὲ τελετούσι αἵματι μαδισα Καπύν τὸ ιερόν. Id est: Hoc ego non
auribus, sed ipsis acceptum oculis scribo: quum elephanti cranium viderim in Diana templo:
quod XXX stadia ab Capua abest. Tot stadia eo saeculo conficiebant millia passuum
IIII. at Tabula itineraria IIII tantum habet. Est autem idem locus, de quo ita
Chronicon Casinense lib. II cap. LXVII: Recipiens unam autem prope Capuam, loco,
qui Baniolum dicitur. Hodiisque vocatur locus Bagnoli.

Porrò ultra Casilinum & Stellatem agrum est opidum vulgari nunc vocabulo CALES colles
Calvi, episcopal sede nobile. id antiquitus dicebatur CALES, plurali numero. mia.
Ptolemaeus: Καμπανῶν μεσοχοι, Οὐεταφεν, Τίαρον, Σείσον, Καληνον. Id est:
Campanorum mediterraneæ urbes sunt, Venafrum, Teanum, Suessa, Calos, Casilinum.
Cicero oratione primâ ad populum contra Rullum: Labicos, Fidenas, Collatiam,
50 ipsum hercule Lanarium, Atticam, Tusculum cum Calibus, Teans, Neapolis, Puteolis,
comparabunt. Ad Atticum lib. VIII epist. XV: Itaque tum Cales processi. Mox:
Quum Calibus essem. Livius lib. XXII: Ceteri effuso cursu Cales perfugerunt. Lib.
XXIII: Calibus creta pluisse, nunciabatur. Valerius Maximus lib. IIII cap. VIII: E
vestigio Cales transgressus. Tacitus Annal. lib. VI: Vinicio opidanum genus. Calibus
ortus. Virgilii Aeneid. lib. VII:

Vertunt felicia Bacche
Massica qui rastris; & quos de collibus altis

Aurunci.

*Aurunci misere patres, Sidicinaque juxta
sequora; quique Caleis linquunt.*

Silius lib. VIII:

*Nec cedit studio vicinus sanguine miles,
Quem genuere Cales: non parve conditor urbis.
(Ut fama est) Calais: Boreæ quem raptæ per auræ
Orithyia vago Geticis nutriti, in antris.*

Haud illepidè poëta ex similitudine quadam vocabulorum fabulosum urbi conditorem confinxit. Idem nescio cur lib. XII eam singulari numero adpellavit: nullâ metri ratione adactus, in his verbis:

*Threiciamque Calen: vestras à nomine nati
Orithyia domos.*

Antiquitatem opidi Virgilius etiam indicare voluit, dum id Aeneas rebus admisit. Fuisse haud postremæ notæ urbem, auctor est Strabo lib. V; ubi, opidis in viâ Latinâ enumeratis, post Aquinum Casinumque & Teanum Sidicinum, sic pergit: Καὶ ἡ Φρέγης ἡ τὸ Καλλιώπην πόλις, καὶ αὐτὴ ἀξιόλογη, παντίθεστα τῷ Κασιλίῳ. Id est: Et que sequitur inde Calenorū, & ipsa illustris, Casilino propinquā. Tabula itineraria:

<i>Aquinum</i>	
<i>Casinum</i>	VIII.
<i>Ad flexum</i>	VIII.
<i>Teano Scidicino</i>	VIII.
<i>Cale</i>	VIII.
<i>Casilino</i>	VII.

Coloniam à Romanis deductam fuisse anno urbis Romæ CCCXX, ante natum Iesum CCCCCXIIII, auctores sunt Livius & Velleius. Livius lib. VIII: Consules creari sunt T. Veturius, Sp. Posthumius. Etsi belli pars cum Sidiciniis restabat; tamen, ut beneficio prevenirent desiderium plebis, de colonia deducendâ Caleis retulerunt. factumque se-natus consultum, ut duo millia quingenti homines eò scriberentur. Velleius lib. I: Sp. Postumio, Veturio Calvinio, consilibus, Caleis deductâ colonia. Hinc Livio lib. XXVI & XXVIII inter alias Italæ colonias connumeratur. Coloni inde nominantur CALENI.

CALATIA, colonia. A Calibus versus ortum Solis est CALATIA perantiquum opidum: vulgo nunc Caiazzo dictum: episcopali dignitate clarum. Livius lib. VIII: Qui capta decus Nola ad consulem trahunt, adjicunt, Atiram & Calatiam ab eodem captas. Et eodem libro postea: Calatia & Sora expugnata. In eadem hac historiâ apud Diodorum lib. XX vocabulum id disceptum legitur atque ab alienatum, obliquo casu, καὶ Αἰτα. Porro Livius lib. XXVI: Quique magistratus Capua, Atella, Calatia, gessissent. Lib. XXXIII: Marcellus à Canusio Calatiam petit. Silius lib. XI:

*Iamque Atella suas, jamque & Calatia abegit,
Fas superante metu, Pœnorum in castra cohorteis.*

Exiguum fuisse opidum, ostendit idem poëta lib. VIII:

Nec parvis aberat Calatia muris.

Opidañi inde dicebantur CALATINI. Livius dicto lib. XXII: Defecere autem Pænos hi populi; Atellani, Calatini, Hirpini. Lib. XXVI: Omnes Campani, Atellani, Calatini. Et eodem libro postea: Campanos omneis, Atellanos, Calatinos. Apud Plinius igitur lib. IIII cap. V corruptum opidi vocabulum est plurali numero Galatia. De cætero coloniam huc deduxisse C. Iul. Cæsarem, auctor est Appianus. unde Cicero ad Atticum lib. XVI epist. VI: Octavianus veteranos, qui Casilini & Calatini sunt, perduxit ad suam sententiam. Ipse Appianus Bellor. civil. lib. IIII: οἱ Καῖσαρις οἱ Καμπανίαι γένει, πεισων τὰς πόλεις οἱ σερβεῖσθ, τὰς ἵππος μερῶς φυσιμέρας γένετος Καλατίας πεύσθι, οἵτινες οὐλέουν Κασιλίουν. Id est: Cæsar Octavianus in Campaniam proficisciebatur, uti opida, in quæ pater eius colonias deduxerat, ad sua signa pertraheret. efficitque primum in Calatiâ; deinde in Casilino.

TEANUM SIDICINUM, colonia. Cæterum ultra Cales in viâ Latinâ, ut suprà intelleximus, erat TEANUM SIDICINUM opidum: quod vulgo nunc vocatur Tiano. Id misor: exscriptores Latinorum

norum auctorum ferè ubique per Græcam vocabulum hoc scripsisse literam Θ, Theanum; quum ipsi Græci auctores, Polybius, Strabo, Appianus, Ptolemæus, simplex T habeant, τέαννον. Cognominabatur autem opidum Sidicinum à populis Sidicinis, qui quondam tenueré, ad discrimen Teani Apuli in Apuliâ. & quum ab hoc Teano opidani dicti sint Teanenses; teste Livio lib. viiiii; illi in Campaniâ vocabantur, ad discrimen illorum, cognomine suo SIDICINI. Cicero ad Atticum lib. viii cap. xiii: *Ego Capuam veni eo ipso die die, quo tu Teano Sidicino es prefectus.* Epist. xv: *Quum Teanum Sidicinum venissem.* Livius lib. xxii: *Ipse, legione classis cum tribuno militum Teano Sidicino præmisâ, paucos post dies Canusium magnus itineribus contendit.* Cicero Philippicâ i: *Quid ego illas istius minas contumeliasque commemorem, quibus invictus est in Sidicinos?* De magnitudine splendoreque huius urbis ita tradit Strabo lib. v: Εγένετο τὸ μετρόπολις Καπούα ἡστὶν ἡ μετρόπολις, καθαλή τῷ ὄβηντι τὸ ἐπιμετρόπολις ὁνεματός. τὸ γὰρ αἷδα πλάχυια νομίζονται τοῦτο τὸ σύγκενον, πλάνω Τέανος Σιδικίνης. τὸ γὰρ αὐτὴν οἰκεῖόλογός. Id est: In mediterraneo est Capua, gentis caput: re verâ id exsistens, quod nomine eius significatur. nam reliqua opidula tantum esse dixeris, si cum illa comparentur: excepto Teano Sidicino, quod & ipsam nobile atque illustre. Plinio lib. iii cap. v colonia est. Intus, inquit, colonie, Capua, Suesa, Venafrum, Teanum, Sidicinum cognomine. Frontinus in libro de Coloniis: Teanum Sidicinum colonia, deductâ à Cesare Augusto.

20 In confinio Sidicini Calenique agri Strabo eodem lib. v Dyo refert TEMPLA DVAS FORTVNÆ: Πρὸς δὲ τὴν Ἕρμην, inquit, ἐπὶ γῆς αὐτῆς Καμπουναὶ πόλεσι εἰσι, Καλής πὲ Τέανης, γονὸς διοράζεται αἱ οἰνοὶ τύχαι, ἐφ' ἑπταπέντε ιδρυμέναι τῆς Λαίδης ὁδοῦ. Id est: Præter jam dictas, hæ quoque sunt Campanæ urbes, Cales atque Teanum. quas distingvunt due Fortune, quarum templo ab utroque via Latina latere sunt locata.

Porrò in Tabulâ itinerariâ iter notatur tale:

Casino	
Ad flexum	viii.
Teano Sedicino	viii.

30 Locus iste AD FLEXVM, medio fermè itinere inter Casinum & Teanum, unde nomen habuerit, à fluminis an montis alicuius circumflexu, incertum est.

Infra Teanum versus occasum Solis hiberni est SVESSA ATURNA, colo-
AVRVNCA sive AVRVNCORVM; ad discrimen Sueßæ Pometiæ sive Pometio-
rum; quæ erat in Volscis. At quia illa Pometia jam inde ab Tarquinio Superbo
eversa; plerumque hæc in Auruncis simpliciter auctoribus dicitur Suessa, sine co-
gnomine. Plinius lib. iii cap. v: Intus colonie, Capua, Aquinum, Suessa, Venafrum.
Silius lib. viiiii:

— Nec, monte nivoso

40 Descendens, Atina aberat: detritaque bellis
Suessa; atque a duro Fruſno hand imbellis aratro.

Antiquum epigramma:

Hic nunc Campanas moderator sublevat urbeis,
Vnde ergo & populi statuam tribuere Suessa.

Vulgò nunc vocatur Sessa. De origine eius ita Livius lib. viiiii: C. Sulpicio Longo, P. Aelio Peto, consilibus, inter Sidicinos Auruncosque bellum ortum. Aurunci, à T. Manlio consule in deditiōnem accepti, nihil deinde moverant. eò petendi auxiliū à Romanis causa justior fuit. Sed priusquam consules ab Urbe exercitum educerent, fama adseritur, Auruncos metu opidum deseruisse; profugosque cum conjugib⁹ ac liberis, Sueßam communi-
50 nisse, quæ nunc Aurunca appellata: mœnia antiqua eorum urbemque ab Sidicinis deletam. Faustum hoc anno urbis Romæ ccccxvii; ante natum Iesum cccxxxvi. Coloniam Romanorum factam sub L. Papirio Cursore v & C. Junio Bubulco, iterum consilibus, id est, anno urbis Romæ cccccxl, ante natum Iesum ccclxi, testatur idem Livius lib. viiiii: Suessa, inquit, & Partia eodem anno colonia deductæ sunt. Suessa Auruncorum fuerat. Item Velleius lib. i qui tamen in alios rejicit consules. Et post triennium, inquit, Tarracinam deductâ colonia. interpositoque quadriennio Luceria. ac deinde, interjecto triennio, Suessa Aurunca. Ciceronis tempore fuisse municipium, ipse

ipse testatur in Philippicâ xiiii. Prorupit, inquit, subito Brundusium: ut inde agmine quadrato ad Vrbem accederet. lautissimum opidum, nunc municipium, honestissimorum quondam colonorum, Sueßam, fortissimorum militum sanguine implevit. Opidani inde erant SVESSANI. nam apud M. Catonem de Re rusticâ cap. xxii est, in Sueffano. Apud Livium lib. xxvi, ubi iter Hannibal à Capuâ Romam versus describit, mendum est ingens in his verbis: Hannibal, quo die Vulturnum est transgressus, haud procul à flumine castra posuit. postero die præter Caleis in agrum Sidicinum pervenit. ibi diem unum populoando moratus, per Sueffulam Alifanumque & Casinatem agrum viâ Latinâ ducit. Quid malum ille, qui jam in Sidicinum agrum pervenerat, per Sueffulam, opidum longè retro inter Capuam & Nolam situm, Alifanum petiit agrum? Cortigo audacter, per Sueffanum Alifanumque & Casinatem agrum.

VENAFRVM
colonia.

Extremum tandem ad septentriones versus Campaniæ opidum fuit VENAFRVM; vulgo nunc, in dextrâ Vulturni ripâ, Venafri dictum. Olim utrique ripæ, fuisse impositum, auctor est Strabo dicto lib. v: Ῥ̄ ἀ δὲ οὐσιαφρόντιον, inquit, αἱρεῖ οὐενάφρου. Id est: Labitur Vulturnus per Venafrum. Meminit eius Cato de Re rusticâ cap. cxxxv, cxxxvi, cxlv. Cicero item ad Atticum lib. vii ep. xiii. Pompeius, inquit, ab Teano Larinum profectus est ad viii Kalend. eo die mansit Venafri. Ptolemæus: Οὐενάφρου, Τέανον, Σεύσα. Venafrum, Teanum, Sueffa. Opidani inde dicebantur VENAFRANI. Cicero in oratione pro Cn. Plancio: Totus ille tractus celeberrimus, Venafranus, Alifanus. Horatius Carm. lib. iii odâ v:

Tendens Venafranos in agros.

Coloniam hoc aliquando deductam, auctor est Plinius dicto lib. iii cap. v. Intus, inquit, colonie, Capua, Sueffa, Venafrum. De cætero præstantia olei Venafrani paſſim ab auctoribus celebratur. Strabo dicto lib. v: ubi de Campaniæ fertilitate disserit: οὐενάφρους δέλαχός εἰσι καὶ πάσαις ἡ τε οὐενάφρου ὄμορφος τοῦς πεδίους ἐν. Id est: Consimiliter & olei ferax est totus Venafranus tractus, prædictis campis contiguus. Plinius lib. xv cap. ii: quod est de oleo: Principatum in hoc quoque bono obtinuit Italia toto Orbe; maximè agro Venafrano. Hinc Iuvenalis Satyrâ v:

Ipse Venafrano pīscem perfundit. at hic, qui
Pallidus offertur misero tibi caulis, elebit
Laternam.

Et Martialis lib. xii epigram. LXIII:

Vncto Cordula letior Venafro.

Et lib. xiiii epigram. xcviij:

Hoc tibi Campani sudavit bacca Venafri.

Vnguentum, quoties sumis, & istud olet.

Atque hæc tenus mediterraneas Campaniæ urbeis, quæ sunt ab dextrâ Vulturni ripâ, exposuimus. nunc eas quoque dicemus, quæ ab sinistrâ ripâ sitæ sunt versus orientem.

ACERRAE,
municipium
& colonia.

Heic igitur antiquum opidum plurali numero ACERRAE Latinis dictum, Græcis verò Ἀκέρραι, vulgo hodiéque vocatur Acerra, vel simplicitate vulgi, primam literam præpositionem esse existimantis, Cerra. Situm est ad Clanim sive Clanius fluvium; quem suprà cap. xii descripti. unde Virgilii Georgicâ lib. ii:

Talem dives arat Capua, & vicina Vesovo
Ora jugo, & vacuis Clanius non aequus Acerris.

Silius lib. viii:

Alifa, & Clanio contempte semper Acerra.

Ad Virgilium ita Servius: Acerra civitas est Campania; quam Clanius præterfluit fluvius: cuius frequens inundatio eam exhaustit. unde ait, vacuis; id est, infrequentibus. Vibius Sequester in Fluminum catalogo: Clanius est apud Acerras in Campaniâ. qui quum creverit, meditatur pestem terre. Livius lib. xxiii: Hannibal, spe portunde Nole ademptâ, Acerras recessit. Mox: Pœnus Acerras primùm ad voluntariam deditiōnē conatus perlicere. posteaquam obstinatos vidit; obsidere inde atque oppugnare parat. Opidani inde Plinio lib. iii cap. v, & Prisciano lib. ii, item Festo, ACERRANI. Sed & ipse Livius proximè dictis hæc continuat: Ceterum Acerrani plus animi, quam virium, erat. Iam antiquissimis temporibus municipium Romanorum esse factum, auctor est idem Livius lib. viii. L. Cornelio iterum, inquit, & Cn. Domitio consulibus, Romani

Romani facti Acerrani; lege ab L. Papirio praetore latâ, qua civitas sine suffragio daretur. Annus hic fuit post Romanam conditam ccccxxii; ante Christum natum ccxxxvi. Postmodum etiam colonia facta. Frontinus in libro de Coloniis: *Acerra, muro ducta colonia.* *divus Augustus deduci jussit.*

Haud procul Aceris erat antiquissimum itidem *opidum SVESSVLA.* cuius locus nunc etiam vulgo vocatur *Castel di Sessola.* ubi antiqui opidi quædam adhuc vi-^{colonia} sunt ruinæ. Tabula itineraria:

I.	<i>Capua</i>	
VII.	<i>Sueffula</i>	<i>VIII.</i>
VIII.	<i>Nola</i>	

Strabo lib. v: καὶ ἐπ Σεβραὶ ἡ Αἰτία ἡ Νῶλα ἡ Νυκερία ἡ Αχέρρας ἡ Αἴθιλλα. Id est: *Prætereaque Sueffula, Atella, Nola, Nuceria, Acherra, & Abella.* Opidani inde Plinio sunt lib. III. *SVESSVLANI;* ut & Livio: qui lib. VII ita habet: *Tertia pugna ad Sueffulam commissa est.* Postea: *Campanorum deinde Sueffulanorumque audite legationes.* Et lib. VIII: *Campanis equitibus civitas sine suffragio data.* Cumanos Sueffulanosque eiusdem juris conditionisque, cuius Capuam, esse placuit. Frontino in libro de Coloniis est colonia. *Sueffula,* inquit, *opidum muro ductum.* *colonia lege Sullana* est deducta.

Eodem tractu, ad dextram Clanis ripam fuit & *TREBLA opidum*, Livio sic dictum; Ptolemaeo autem *Tribola, Tribola.* nisi ab exscriptoribus fortè & vitiatum sit ^{opidum}. Ex Livio videtur eo loco fuisse, ubi nunc celebris conspicitur vicus, medio situ inter ruinas *Capuae* & *Sueffulae*, vulgari vocabulo *Trentola*. Livius lib. XXIII: *Marcellus à Canusio Calatiam petit.* atque *Vulturino amne trajecto*, per agrum *Satriculanum Trebianumque super Sueffulam per monteis Nolam pervenit.* Hannibal tum tenebat *Capuam* cum exercitu. At legendum esse *Trebulanumque*, ex eodem libro patet. sic enim postea scriptum est: *Circa Capuam, transgresso Vulturinum Fabio, post expiata tandem prodigia, ambo consules rem gerebant. Combuleriam & Trebulam & Austiculam urbes, que ad Poenum defecerant, Fabius vi cepit; præsidioque in iis Hannibalis Campani permulti capti.* Et *Nola*, sicut priore anno, senatus Romanorum, plebs Hannibalis erat & consiliaque occulta de cede principum & prodizione urbis inibantur. quibus ne incæpta procederent, inter *Capuam* castraque Hannibalis, que in *Tifatis* erant, traducto exercitu, Fabius super *Vesuvium* in castris *Claudianis* confedit. inde M. Marcellum cum iis copiis, quas habebat, *Nolam* in præsidium misit. Ut suprà *Trebulanum* in *Trebianum*, sic heic *Saticulam* in *Austiculam* malè curiosus exscriptor vitiavit. dein pro voce *Vesuvium ipsum* scripsisse Livium *Sueffulam*, ex præcedentibus patet; ubi ita scriptum est: *Marcellus cum omni profectus Nolam, suprà Sueffulam positis castris confedit.* Et postea: *Inde exercitibus ita decretum est, ut duabus legionibus urbanis Ti. Sempronius consul Ca- leis ad convenientum diem ediceret.* inde sex legiones in castra *Claudiana* supra *Sueffulam* deducerentur. Ac deinde: *M. Claudius proconsul ad eum exercitum, qui supra Sueffulam Nola præsideret, missus.* Atque iterum: *Q. Fabius frumentum ab Nola Neapolique in ea castra convexit, que super Sueffulam erant.* Et rursus: *Id pabulum Fabius convexit in Claudiana castra super Sueffulam.* Ex his igitur tot locis clarissimè jam patet, vitiatum vocabulum *Vesuvium* esse ex genuino *Sueffula*. At si exscriptor hoc tam fœdum committere potuit mendum; quid jam mireris de aliis illis vocibus, *Trebianum & Austiculam*. Opidani inde dicebantur *TREBLANI*. inde Ciceronis etiam villa in huius opidi agro *TREBLANVM* adpellabatur; quam passim in Epistolis memorat. Plinio lib. IIII cap. V in primâ Italiae regione, que Latium complectebatur & Campaniam, sunt *TREBLANI* cognomine *BALINIENSES*, fortè ad discrimen alterius *Treblæ*, quam in Sabinis commemoravimus.

Alterius equidem illius opidi vocabulum in vulgatis Livii exemplaribus, lib. VII, *SATICULA*, VII, & suprà scripto XXIII *Satricula* scriptum est: & item inde opidani lib. XXVII ^{colonia}. *Satriculani.* Verum ex quibusdam tamen aliis exemplaribus citari video *SATICULA*. quod verum germanumque esse loci nomen, ex aliis perspicitur auctoribus. Virgilii Aeneid. lib. VII: — *Vertunt felicia Baccho Massica qui rastris; & quos de collibus altis*

*Auruncī misère patres, Sidicinaque juxta
Aequora: quique Cales linquunt: amnisque vadōs
Adcola Vulturni; pariterque Saticulus asper.*

Ad quæ ita Servius: *Saticulus asper, Campaniæ populus. asper; moribus. Priscianus lib. 11: Saticulus Saticulanus; Tusculus Tusculanus.* Stephani epitomator: Σατικόλας, τὸς λόγος ἐθνικὸν Σατικολανός. Id est: *Saticula opidum Italiæ. gentile inde SATICULANVS.* Sed apud Livium lib. viii quum sèpissimè sit *Satricula*: & semel opidani eius *Satriceni*: apud Diodorum lib. xviii, in cùdem historiâ, est Σατικόλας, *Saticula*. quod malè peritus interpres & ipsum corruptit in *Satriculum* ex Livio. Sed huius vocabuli corruptio haud dubiè exscriptoribus nata est ex Volscorum opidi nomine *Satrico*. quod & ipsum sèpius memoratur Livio, lib. ii, vi, vii, viii, xxviii. Porro Pompeius Festus: *Saticula opidum in Samnio captum est*: Livius lib. vii: *Consules ambo cum duobus ab Urbe exercitibus profecti, Valerius in Campaniam, Cornelius in Samnium, ille ad montem Gaurum, hic ad Satriculum, castra ponunt. Factum hoc anno post Romanam conditam ccccxi, ante natum Iesum cccxlii. De cætero haud equidem ipsi Saticulani erant Samnites; sed horum tum socii. Livius lib. viii: Dictator L. Aemilius Satriculum oppugnare adortus, rebellandi causam Samnitibus dedit. Duplex inde terror illatus Romanis. hinc Samnis, magno exercitu coacto, ad eximendos obsidione socios, haud procul castris Romanorum castra posuit: hinc Satriculani, magno cum tumultu patefactis repente poris, in stationes hostium incurreunt.* Inter 20 Campaniæ populos dixerunt eos refert præscripto loco Virgilius. Et ipse Livius lib. xxiii ita tradit: *Marcellus à Canusio Calatiam petit. atque Vulturno amne trajecto, per agrum Saticulanum Trebulanumque super Sueffulam per monteis Nolam pervenit. Patet ex his verbis, Saticulam fuisse eodem tractu cum Trebulâ ac Sueffulâ sub Tifatis monte; qui terminus erat ab hac parte inter Campaniam & Samnum. Situs igitur eius maximè quadrat in opidum, quod vulgo nunc dicitur Caserta, in edito colle positum: medio itinere inter Capuæ Sueffulæque ruinas dextrorsum; ex adverso Trebulæ. Coloniam huc deductam esse L. Papirio Cursore v & C. Iunio Bubulco iterum Consulibus, tradit Livius lib. viii: id est, anno post Romanam conditam ccccxi; ante Iesum natum cccxii. Idem attestatur & Velleius lib. i; sed intricata atque aliâ annorum computatione.*

Atella, municipium & colonia. Medio itinere inter Capuam atque Neapolim fuit perantiquum *opidum ATEL-*
LA. Tabula itineraria:

Capua	
Atella	viii.
Neapoli	viii.

Eo situ hodiè est opidum *Aversa*: circa quod quædam antiquorum operum visuntur ruinæ. in ipso autem opido nigri silices viæ consularis, quæ à Puteolis Capuam ferrebat, teste Plinio lib. xviii cap. xi. Memoratur Ciceroni, Livio, Straboni, Silius, Ptolemaeo, Stephani epitomatori, & præscripta Tabula itinerariæ. Cicero oratione primâ ad populum contra Rullum: *Atellam, Cumas, Neapolim, Pompeios, Nuceriam, suis praesidiis devincent. Strabo lib. v: Καὶ ἐπ Σεύσηλα Εὐπέλαια Νόλα. Prætereaque Sueffula & Atella ac Nola. Ptolemaeus: Καμπανῶν μεσόγαιο πόλεις, Καπνί, Αβίλλα, Απίλλα. Campanorum mediterranea urbes, Capua, Abella, Atella. Silius lib. xi: Iamque Atella suas, jamque & Calatia abegit,*

Fas superante metu, Pænorum in castra cohorteis.

Opidani inde dicuntur Ciceroni, Livio, Plinio lib. iii cap. v, & alii scriptoribus *ATELLANI*. Livius lib. xxii: *Defecere autem ad Pænobi populi; Atellani, Calatini, Hirpini.* Lib. xxvi: *Omnes Campani, Atellani, Calatini.* Et lib. xxvii: *Nucerini Atellam, quia id maluerant, Atellanis Calatiam migrare jussis, traducti. Antiquitas opidi apud Stephani epitomatorem exstat. Ατέλλα, inquit, τὸς λόγος οὐκαντικῶς, μετὰ Καπνίς καὶ Νεαπόλεως. τὸ ἔθνος Ατελλανῶν, τὸ πατριός οὐδεῖται. Id est: Atella, opidum Opicorum in Italâ, inter Capuam & Neapolim. gentilitium inde Atellanus; teste Polybio lib. viii. Livius lib. vii: Postquam lege hac fabularum ab risu ac soluto jocore avocabatur, & ludus in artem paullatim verterat; juventus, histriónibus fabellarum actu*

actu relicto, ipsa inter se more antiquo ridicula, intexta versibus, jactitare cepit: que inde exodia postea appellata: conservaque fabellis potissimum Atellanis sunt. quod genus ludorum ab Oscis acceptum, tenuit juventus; nec ab histriobus pollui passa est. eò institutum manet, ut actores Atellanorum uic tribu moveantur, & stipendia, tamquam expertes artis ludicre, faciant. Tacitus Annal. lib. 1111: Oscum quoddam ludicum, levissima apud vulgus oblationis, eò flagitorum & virium venisse, ut auctoritate patrum coercendum sit. Puis tum histriones Italiae. De cetero, municipium aliquando Atellam fuisse Romanorum, auctor est Cicero Familiar. lib. xiiii epist. vii: Loquutus sum, inquit, tecum de agro vectigali municipii Atellani, qui esset in Gallia. Mox: Et primum velim existimes, quod res est; municipii fortunas omnes in isto vectigali consistere. Postea etiam colonia fuit. Frontinus in libro de Coloniis: Atella muro ducta colonia; deducta ab Augusto.

Porrò ultra fonteis Clanis amnis ad monteis est ABELLA opidum: quod vulgo nunc dicitur Avella vecchia, id est, Abella vetus: ad discriminem novæ, quæ propè sita est. Sed in vulgaris auctorum exemplaribus plerumque opidi vocabulum perscriptum est AVELLA. Ex Ptolemaeo tamen, qui Romanorum ferè ubique per Italiam sequitur vocabulorum formationes, collegerim, Abella pronunciase Romanos. habet enim unà cum Strabone Αβέλλα· alioquin scripturus erat Αβίλλα. Apud Virgilii Aeneid. lib. vii jam inde antiqui grammatici capite no-

ABELLA, ma-
nicipium &
colonia.

men hoc detruncarunt in hunc modum:

Et quos malifere despectant mænia Bella.

Ad hæc ita Servius: Multi Nolam volunt intelligi. & dicunt, iratum Virgilium nomen eius mutasse propter sibi negatum hospitium. & ita aperte noluisse dicere; sed ostendere per periphrasis. nam illic Punica mala nascuntur. ut nunc Bella pro Nola. Alii volunt accipi, ut sit synalæpha; & legatur; Mænia Abelle. Certè Silius, qui perpetuus Virgilii est imitator, & urbium, quas ille memorat, curiosissimus in suum poëma insertor, non Bella habet, sed Abella, lib. viii hoc versu:

Surrentum, & pauper sulci Cerealis Abella.

De origine opidi ita trædit Trogi epitomator Iustinus lib. xx: *Iam Nolani, Abellani, nonne Chalcidensium coloni sunt?* Posterioribus temporibus coloniam factam, auctor est Frontinus. Abellam, inquit, municipium coloni vel familia imperatoris Vespasiani jussu acceperunt. postea ager eius in jugeribus militi est adsignatus. Opidani Plinio dicuntur lib. 111 cap. v ABELLANI.

Ab Abellâ Neapolini cunctibus occurrit perantiqua itidem urbi NOLA, voca-
bulo Græcis auctoris, nisi si quorum exemplaria vitiata sunt, per scripto, Νῶλα. nicipium &
Hodiè, ferè omnis deserta, sine mœnibus, idem nomen servat. Memoratur Po-
lybio, M. Catoni, Ciceroni, Livio, Velleio, Straboni, Dioscoridi, Plinio, Ta-
cito, Svetonio, Appiano, Ptolemaeo, & aliis. Opidani inde sunt Livio xxiii & Iu-
stino lib. xx NOLANI. De situ opidi ita canit Silius lib. xii:

*Campo Nola sedet, crebris circumdata in orbem
Turribus; & celso facilem tutatur adiri
Planissem vallo.*

Et Livius lib. xxiii: *Et sunt omnia campi circa Nolam.* Ex quo post: *Expugnate No-
lam, campis rem urbem; non flumine non mari septam.* De origine eius varium est
apud auctores certamen. Silius dicto lib. xii:

Hinc ad Chalcidicam transfert citus agmina Nolam.

Iustinus dicto lib. xx: *Iam Nolani, Abellani, nonne Chalcidensium coloni sunt?* Ne-
gat hoc Livius lib. viii; ubi de Neapolitanorum Palæopolitanorumque obsidione
50 narrat: Tarentinorum juventutem Græci Græcos, haud minus per quas Samniti Nolano-
que, quam ut Romanis hostibus resisterent, exspectabant. Item Dionysius Halicarnas-
iensis in eadem historia, cuius verba Excerpta legationum hæc referunt: Εποχοι
δεκτηριαι των χρονων αφιγμένων περιστήσεων ουδὲ Ταραντινων θυσειάντες,
καὶ επειδης ουδὲ Νολανῶν οὐδέπων οὐταν, καὶ σφόδρα πολλαζωμένων, ταραντινα
οὐδὲ Νεαπολίτους αἰχμαλώτες. Id est: Accidit autem, ut eodem tempore à Tarentinis le-
gati missi essent, simulque alii à Nolani; populo finitimo & Græca gentis studiosissimo;
contrarium à Neapolitanis petituri. Hinc Velleius lib. i: *Quidam, huius temporis*

Tom. 2,

L1 2

tractus

tractu aiunt, à Tuscis Capuam Nolamque conditam, ante annos ferè 1000 XXX. quibus equidem ad senserim. Ergo Nola XLVIII annis antè condita fuit, quam Roma à Romulo, nam Velleius scripsit dedicavitque hoc opus suum M. Vinicio Quartino; quum is consul esset Romæ cum C. Caſſio Longino, anno urbis 1000 LXXXII. Apud Solinum cap. VIII ita scriptum est: *Conſtituta Nola à Tyrius.* Id fortasse ridiculum: quum Græci tantum ex exteris gentibus colonias in Italiam deduxisse obſerventur. At Hecatæus, antiquus inter primos ſcriptor, antiquorem adhuc facit Nolam. Stephanus epitomator: *Nola, πόλις Αὐσονίων· Εκατῆναι· Εὐρώπη.* Id eſt: *Nola, urbs Ausonum: auctore Hecateo in Europâ.* Ausonum nomen heic non fuit, niſi ante Græcorum Tuscorumque immigrationem; ut ſuprâ lib. 111 cap. VIIII ostendit. De cætero, coloniam poſteā factam, auctores ſunt Plinius atque Frontinus. Plinius lib. 111 cap. V: *Intus colonia, Capua, Sueſſa, Venafrum, Teanum Sidicinum, Nola.* Frontinus de Coloniis: *Nola, muro duxta colonia Augusta. Vespasianus Augustus deduxit.* Festo eſt municipium.

NYCERIA co-
gnomina AL-
FATERNA,
colonia.

Vtima Campanarum eſt NVCERIA urbs, trans Vesuvium montem in valle, quam Sarnus amnis inter Vesuvium & Laſtarium montem efficit, ſita; vulgo ho- diē Nocera dicta. Plinius lib. 111 cap. V: *Herculanium, Pompeii; haud procul ſpectante monte Vesuvio, adluente vero Sarno amne: ager Nucerinus;* & VIIII millia paſſuum à mari ipſa Nuceria. Ipſe ego à Pompeiis, five, ut nunc adpellatur, à Scafati opido, ad Noceram deprehendi millia paſſuum VI paullo amplius; & ab eodem Scafati 20 opido ad mare & oſtium Sarni fermè 111. Memoratur præterea Livio, Straboni, Silio, Lucano, Tacito, Appiano, Ptolemæo, Itinerariis Romanis, Procopio, Silius lib. VIII:

Ilic Nuceria, & Gaurus navalibus aptus,
Prele Dicarcha; multo cum milite Graia
Ilic Parthenope.

Lucanus lib. 11:

Tu quoque commissa nudaram deferis arcem,
Scipio, Nuceria.

Opidani inde dicebantur NVCERINI: auctore Polybio lib. 111. & Livius lib. 30 XXVII ita ait: *Nucerini Atellam, quia id maluerant, Atellanis Calatiam migrare jussis, traducti.* Origo opidi licet non adnotata ſit; tamen antiquitas eius inde adparet: quod jam inde in primâ decade historiarum ſuarum eius meminit Livius. Lib. VIIII ita ſcribit: *Per idem tempus & classis Romana in Campaniam acta; quum ad pulsa Pompeios eſſet, ſocii inde navales ad depopulandum agrum Nucerinum profecti.* Et poſteā: *Consules partiti provincias. Etruria Decio, Samnium Fabio evenit. Is profectus ad Nuceriam. Alifates, jam tum pacem petenteis, quod uti eā, quum daretur, noluissent, aspernatus, oppugnando ſubegit.* Mira ſanè admodum res: Fabium, uti Alifas, Samnii opidum, oppugnaret, longè hinc ad Nuceriam, extrema Campanie in mediterraneis urbem, profectum. Sed mendum heic indicat Diodorus lib. XVIII 40 his verbis: *οἱ δὲ τὸν Νυκέριαν τὸν Ἀλφατέρναν καλεύμενον οἰκεῖντες, πεθέντες ἐν Λαναρίῳ τῷ Φωκαϊκῷ ἀπίσχουσι, τοῦτο δὲ τὸν Σαμνίτας συμμάχους ἐποίησεν.* Hoc eſt: Nuceria, que Alfaterna dicitur, incola, ſuſu quorundam inducti, amicitia Romano-rum deferta, in Samnitum ſocietatem ſe contulerunt. Hinc apud Plinium lib. 111 cap. V ſunt Alfaterni, opido Nuceria jam antè memorato eodem capite. Ergo apud Livium etiam legas Alfaternos. Siganus teſtatur, in veteri exemplari ſe reperiſſe ita: *Is profectus ad Nuceriam Alphaternam, jam tum pacem petenteis.* & Franciscus verò Modius adfirmat, in membranis Fuldeſib⁹ ſic eſſe: *Is profectus ad Nuceriam Alphaternamque, jam tum pacem petenteis.* Vnam intelligi debere urbem, diſerta teſtantur verba. Tum Alfaternos ſcribendum eſt, ſi orationi ſuus ſenſus conſtare debet. NVCERIA igitur hæc cognominata fuit ALFATERNA, & opidani eius NVCERINI ALFATERNI, ad diſcritumen Nuceria Camellaria, quæ eſt in Umbriâ. Appianus Bellor. civil. lib. 1111: ubi natrat, præcipuas Italæ urbeis ab triumviris militibus fuſſe destinatas ad colonias deducendas, hanc noſtram etiam Nuceriam inter eas connumerat. Coloniam deducentiam fuſſe, ex Tacito adparet. is quidpe Annal. lib. XIII in principatu Neronis ita ſcribit: *Colonia Capua atque Nuceria additis veteranis confirmata ſunt.* Et lib. XIV: *Sub idem tempus levi contem- sione*

etione atrox cades orta inter colonus Nucerinos Pompeianosque, gladiatorio spectaculo. Ab Augusto imperatore primùm deducta est, cognominataque NUCERIA CONSTANTIA. Frontinus in libro de Coloniis: *Nuceria Constantia, muro ducta colonia, deducta jussu imperatoris Augusti.*

Porro iter inter Nuceriam & Nolam in Tabulâ itinerariâ describitur tale:

TEGIANVM,
opidum.

Nuceria
Ad teglanum VIII.
Nola. V.

IO

Suspectam quemvis puto habiturum hanc vocem *Teglanum*, ut corruptam. Neapoli inscriptio lapidis exstat huiusmodi: CVR · REIP · TEGIANENSIVM. Ergo opidum fuit in Campaniâ TEGIANVM. quod vocabulum, levi lapsu ex i in l, exscriptor Tabulæ corrupit in *Teglanum*. Ex Tabulæ intervallis deprehenditur fuisse eo tractu, quo nunc celebris conspicitur vicus inter Vesuvium montem & Nolam vulgari vocabulo *Parma*, sive *Palma*. Tabula refert ut locum haud magni momenti. eò miror, tanti aliquando fuisse splendoris, uti municipii vel coloniæ dignitatem meruerit: utique, quum nulli umquam alii auctori memoratum sit. Quapropter facile suspicer, adulterinam eam esse inscriptionem; ut aliæ innu-

mera reperiuntur per universam Italiam.

De reliquo, sub radicibus Vesuvii montis fuit perantiquum opidum seu castellum VERESIS, Ciceroni, Livio, Valer. Maximo, & Auctori de Viris illustribus memoratum. quamquam hic falso id faciat fluvium. Verba eius in P. Decio patre hæc sunt: *Consul bello Latino, collega Manlio Torquato, positis apud Veserim fluvium castris, quum utrique consuli somnium obvenisset, eos viatores futuros, quorum dux in prælio cecidisset: tum collato cum collega somnio convenisset, ut, cuius cornu in acie laboret, dis se Manibus voveret: inclinante sua parte, se & hosteis per Valerium pontificem dis Manibus devovit. impetu in hosteis facto, victoriam suis reliquit.* Et in T. Manlio Torquato: *Latinos apud Veserim fluvium Decii collega devotione superavit.* Eadem historia refertur à Cicerone, Livio, & Valer. Maximo. ex quibus audacter contendrim, fluvium in Italiâ eo vocabulo exstissem planè nullum. Valerius lib. I cap. VII: *Illud etiam somnium magne & admirationis & clari fuit exitus, quod eadem nocte duo consules, P. Decius Mus & T. Manlius Torquatus, Latino bello, non procul à Vesuvii montis radicibus positis castris, viderant.* Et lib. VI cap. III: *Manlius Torquatus, stirpis eius, qui Latinos apud Veserim inclita pugna fuderat.* Cicero de Officiis lib. III: *T. Manlius: cuius tertio consulatu Latini ad Veserim fusi & fugati.* Et de Finibus bonorum & malorum lib. I: *Ita prorsus existimo: neque eum Torquatum, qui hoc primus cognomen invenerit, aut torquem illum hosti detraxisse, ut aliquam ex eo perciperet corporis voluptatem; aut cum Latinis tertio consulatu confixisse apud Veserim propter voluptatem.* Livius lib. V III: *Consules ad Capuam, quò jam Latini sociique convenierant, castra locant. ibi in quiete utrique consuli eadem dicuntur visa species viri matris, quoniam humano habitu, augustiorisque, dicentis: Ex una acie imperatorem, ex altera exercitum diis Manibus deberi. utrius exercitus imperator legiones hostium superque eas se devovisset, eius populi partisque victoriam fore.* Et postea: *Pugnatum est haud procul radicibus Vesuvii montis; quà via ad Veserim cerebat.* Et postquam pugnatum: *Latini ex fugâ se Minturnas contulerunt. castra secundum prælium capita: multique mortales ibi vivi oppresi: maximè Campani.* Et lib. X: *Devotus inde cädem precatio, eodemque habitu, quo pater P. Decius ad Veserim bello Latino se iusserset devoveri.* Quum castra Romanorum fuerint ad Capuam, viisque Latini retro ad Minturnas fugerint; pugnatum haud dubiè ab eâ Vesuvii parte fuit, quæ Capuam spectat. at inter Capuan: & Vesuvium fluvius omnino est nullus, nisi quorum nomina vel ipsâ antiquitate, ut suprà intellectum, clarissima semper existiterunt; apud Acceras *Clanis*, apud Neapolim *Sebethus*. ab alterâ montis parte est *Sarnus*; & ipse hoc nomine jam inde antiquis temporibus clarus. Omnino ergo concluso; non flumen, sed castellum aliquod aut opidum fuisse VESERIM, sub radicibus Vesuvii montis; ad quod via ducebat publica ab urbe celebrimâ Capuâ. Atque hinc est, quod nemo præscriptorum auctorum, præter illum, de Viris illustribus, Ve-

Tom. 2.

L 1 3

serim

serim adpellaverit flumen aut amnem. Neque verò in flumen aliquod certa aliqua via duci poterat. Sed caput disputationis est, quòd heic fluvius, præter prædictos, est nullus.

Atque haec tenus celeberrimæ nobilissimæque totius Italæ regionis Campaniæ loca fluminaque, quæ antiquis memorantur auctòribus, summâ, quantum fieri potuit, curâ, explicuimus.

C A P . V I .

10

De PICENTINIS.

Campaniæ post Minervæ promontorium continuabantur **PICENTINI** populi, ad Silarum usque amnem, Lucaniæ terminum; Picentum, superum adcolentium mare, avulsa pars, à Romanis huc traducta. Plinius lib. IIII cap. V: *Surrento ad Silarum amnem xxx millia passuum ager Picentinus fuit Tuscorum; templo Iunonis Argivæ, ab Iasone condito, insignis.* Strabo sub finem libri V: *Μετὰ δὲ τὴν Καμπανίαν καὶ τὸ Σαμνῖτιν μέχεται Φρεντανῶν, οὗτοι μὲν τῷ Τυρρηνικῷ Ἰστράτῃ, τῷ τὸ Πικενίνων ἔδυνται οἰκεῖ, μικρὸν διστασματα τῶν ἐν τῷ Αὐδερῷ Πικενίνων, τοῦτο Ρωμαῖοι μετωκισμένον εἰς τὸν Ποσειδωνιατὸν κόλπον, ὃς νῦν Παισιανὸς καλεῖται.* * * * Διηκόνῳ δὲ οἱ Πικέντιοι μέχεται τὸν Σιλαρέρον τὸ Καμπανόν, ἐξ οὗ οὖτε τὸς χώρας τὸ δέχασαι Καμπανίαν. Hoc est: Post Campaniam atque Samniam usque ad Frentanos litus Etrisci mari adcolit Picentina gens, Picentinorum, qui ad Hadriaticum mare incolunt, avulsa particula, traducta à Romanis ad sinum Posidoniatem, qui nunc Paestum vocatur. Paullo post: Per tingunt autem Picentes ad Silarim usque amnem; qui ab hac regione veterem Campaniam disterminat. En, quid heic monstrorum imperitus exscriptor formavit? Silarus amnis Picentinorum regionem separat à veteri Campaniâ. ergo hæc fuit ultra Silarum; ubi omnes pariter auctores ponunt *Lucaniam*. Item: post Picentinorum regionem, id est, trans Silarum fuere Frentani. at hos omnes scriptores ad Hadriaticum ponunt mare, inter Picenteis & Apuliam; ut infrâ cap. VIII videbimus. Audiverat igitur hic exscriptor, Picentes apud Hadriaticum mare protenso fuisse usque ad Frentanos. id ille postea per immanem errorem de Picentinis heic apud Erruscum mare prescripsit. Scribendum autem erat μέχεται τὸ Λαύκανων usque ad Lucanos. Verum duabus vocibus istis δέχασαι Καμπανίαν nondum video quid faciendum. Videtur tamen hoc Strabo voluisse; antequam Picentini huc deducuntur, *Campanos* incoluisse hunc agrum ad Silarum usque. Ante Campanos *Tusci* cum tenuere cum reliquâ Campaniâ; ut suprà ex Plinio intelleximus. Includebantur igitur Picentini ab unâ parte mari infero: ab alterâ, quâ *Campani* erant contermini, jugo illi, quod à Minervæ promontorio introrsus protenditur ad opidum usque *Cavam*. hinc linea juxta Sarni & Caloris amnum fontes ad Apenninum ductâ, primùm ab *Samnitibus*, dein ab *Hirpinis* sejungebantur. à tertîâ parte ipso Apennino ab iisdem Hirpinis discernebantur. ab reliquâ parte, quâ *Lucanorum* conterminos habebant, erat Silarus amnis. Ptolemaeus heic haud modicè erravit; dum Picentinorum regionem à Sarno amne ad Silarum usque producit. Πικενίνων, inquit, Σάργυς τὸ Καμπανόν, Σάρρεντον, Σάλεργον. Λαύκανῶν, Σιλαρέρον τὸ Καμπανόν. Id est: Picentinorum sunt, Sarni fluminis ostium, Surrentum, Salernum, Lucanorum Silari amnis ostium. At Mela, haud perinde diligens Italia descriptor, omnem Picentinorum regionem Lucaniae attribuit. Lib. II cap. IIII, adverso litora incedens, *Paestanus*, inquit, *sinus*, *Paestum opidum*, *Silarus amnis*, *Picentia*, *Petra* quas *Sirenas habitavere*, *Minervæ promontorium*; *opima Lucania loca*. De cætero deduci haud dubie Picentini huc ex Picentibus fuere, quum M' Curius Dentatus consul, cui collega fuit P. Cornelius Rufinus, anno urbis Romæ CCCCLXIII, Samniteis Sabinoisque & alias hinc ad mare usque superum genteis debellavit; ut suprà lib. II cap. VIII in Sabinis ostensem. Sed fines Picentinorum postquam ostensi, opida eorum etiam indicentur. De his ita Strabo prædicto lib. V: *τῶν δὲ Πικενίνων ταῦτα μετρόπολις Πικενία*: νῦν δὲ καμηδὸν ζῶσιν, απωθέντες τοῦ Ρωμαϊκῶν Δῆμον τὸν πάτερα Λαύκανην καπνιαν. αὐτὴν δὲ σεργείας ημεροδρομεῖν καὶ γερμηματοφορεῖν απεδείχθησαν ἐν τῷ πτε